

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Cap. XXXI.

249.

De Hochbergensibus Marchionibus,
Hermano III. Henrico IV. et V. Ru-
dolphi IV.

Hermannus III. Henrici IV. F. major nata nuptias
aspernatus sacerdotio initiari maluit; Ord. S. Joannis
sive Equitum Rhodiorum Magistri per Alemanniam vices
cepit circa an. 1347. In Repertorio documentorum
Hochbergensium istud invenio: Ein Brief von Erzbischof
Gernmann von Gersburg, Ermenichs von Sarsburg
von Sinsburg S. Jostmann von Sinsburg.

Henricus V. ejus frater matrimonio sibi junxit
Annam filiam Burchardi Dni de Vfenberg. accepit à so-
cero Kenzingam, Aolung, Dominium inferius Vfen-
bergicum, a Friderico vero Burchardi filio, fratre uxo-
ris sua emit pagum Northweil an. 1352.

An. 1355 feuda quadam ab Epō Basiliensi accepit.
biennio post cum Hugone Furstenbergio de molendi-
nis duobus litem habuit.

Ex linea Susenbergica patruelis istorum Henricus
Rudolphi III. filius, ejus nominis inter Hochbergios IV.
quia ante patruelem Henricum, de quo modo egimus,
in lucem editus: a Leopoldo ultimo Rofelensi Domino,
liberis destituto, dominium istud sane opimum dono
accepit, an. 1375. vixisse dicitur an. 1334.

Rudolphus IV. hujus frater, Comendator Ord. S. Joannis

242. an. 1325. ob. 1343. 17. Cal. Junij, Sepultus Fri-
burgi. Anna horum Soror nupta an. 1318. Fri-
derico Comiti friburgensi, cui pro 800. maris ar-
genti in dotem assignatis Landgraviatus Brisgoia
oppignoratus: moritur illa a^o 1331. apud Do-
minicanos Friburgi sepelitur.

Cap. XXXII.

De Marchionibus Hochbergensibus, Ru-
dolphi I. Bradensis patruclibus, Rudolpho et
Hermano, deq. Rudolphi hujus filio Hen-
rico II. et nepotibus, Henrico III. Rudolpho II.
et Friderico.

Henrico, qui primus Marchionis Hochbergensis
et Landgravij Brisgoia titulum gessit, Dissorick-
ste, successit in Principatu filius major natus Rudol-
phus, hujus nominis inter Hochbergenses juxta au-
dem auctorem a^o 1221. de quo constare ait, quod
adhuc vixerit a^o 1229. imo 1248. quo eod^e a^o
vixisse etiam dicit Hermanum Marchionem in
Hochberg fratrem Rudolphi, et vero, vel hic vel
alius Hermanus a^o 1297. adhuc superstes fuit,
quando cum fratre Rudolpho emit pagum Muller-
lingen in Brisgiaca 60. maris argenti, qua de re
extare dicuntur Emptionis Litterae.